



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

nemo alio- est in Græcos, qui ait irrepsisse ex consuetudine, quam
rum. in Latinos, qui eos omnis exstimat. Caluinus so-

Lucas Eu- qui eadem opera mirari poterat, cur D. Lucas omit-
angelista- tat; neque enim ibi non apte quadrabat.

illa omittit- S. 3. Hunnius ait esse partem c. 19. l. 1. Paralip. Ve-
verba. tum eo loco habetur: Tua est Domine magnificentia &

potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus. Deinde
optime respondet Doctissimus noster Greferus de-
fensione Bellarm. 2. de verbo Dei cap. 7. Non quari-
tur, utrum verba illa sint pars divina Scriptura simpliciter,

sed utrum sint pars Scripturae nouæ Græcæ; & quidem capi-
tis sexti apud D. Matthæum; & Græci illius textus. Nam si
est pars no- propterea pars Scripturae Sanctæ noua existimari deberent;

scriptu- quia ex libro Paralipomenon translata eo fuissent; non ab ali-
re; si vere- quo Apostolo, aut Euangelista; Sed vel ab incuria, vel inobser-
uantiis; vel a quouis alio priuato, nulla ad id Spiritus San-
cti peculiari vi adacto; tum Hunnius pro sua solertia, Eu-
angelia quotidie, multis partibus attingere posset, transcriptis ex
Genesi, aut alio quopiam antiqui testamenti libro in Euange-
lia quotquot luberet paribus. Num propterea veræ partes no-
uæ Scripturae diuinae essent?

VERSUS 16.

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam.

QUESTIO I.

An ieiunia commendata, & in illis humilitas?

S. 1. **H**ypocritæ erant *συνεταπεινωμένοι*, hoc est, vultu tetrico, moroso, non *χαριτωδὲς καὶ ἡλιάρη*, non sereno, renidente & hilari. Xenophon oppo-
nit hilari. *ἡ ἀρετὴ δὲ αὐτῶν συνδραστήριον ἦσαν*, Hilares pro tetricis erant. *συνδραστήριον* quidem irasci est, sed tamen frequentius pro tristibus accipitur *συνδραστήριον*, ita etiam
Genes. 40. *ὃ ὅτι τὰ σπέρματά μου συνεσπάρησαν ἐν μέσσοις*; Cur tristior est solito hodie facies vestra? Vbi in Hebræo est *עצור* mala, tristis, deiecta. Syrus ait *במרה* atrati, quod nonnulli de pullis vestibus accipiunt, hinc *במרה* sacerdotes idolorum, & Hebraice *במרה* 2. Reg. 23. 45. vel sacerdotes, vel auditui. Mihi potius ab incendendo videntur dici. Quod thus adolerent, vultus exurent. Porro *במרה* etiam est, commoueri, Gen. 43. 10. *ἡ ἀρετὴ δὲ αὐτῶν συνεσπάρησαν ἐν μέσσοις* irritare Ose. 10. 6. Itaque & sensus esse posset in Syro, nolite esse vultu perturbato, irato, quali sunt, quos aliquis irritauit. Tali vultu erant, ut omnibus ostenderent, graui ieiuniorum labore se confici, ne clatos esse posse.

S. 2. Alterum erat, *ἀφανίζεν τὸ πρόσωπον*. Quod noster vertit: Exterminant; Hieron. demoluntur. Hilarius, conficiunt, Chrysost. corrumpunt. Syrus vero *במרה* deaustantur, est pulchra alluio; dum hypocritæ, seu ut Syrus loquitur, acceptores vultuum, vultus suos corrumpunt: Quiddam putant vertendum; obscurant. *ἀφανίζεν* est abolere, tollere, efficere, ut non appareant, deformabant ergo illuue, medicamentis, ut pallidi, macilentis, & ieiunio afflicti viderentur. Pro illo squalore Christus iubet ungere caput, ut ieiunium tegant. Erant enim priscis in vultu crebro vultiones, quæ nunc sine luxu suspitione non possunt vsurpari.

Quomodo id fieri possit ex Beza primum didici. Isti quoque hypocritæ comprum & mundiciem omnem subtrahebant, illuue & squalore fecerunt prodeuntes, quasi natium vultum e medio tollerent, quale fuit illud Pisonem personatum stoicum Cicero describit, & quales Pseudoleus illos præferrim hodie, & Capucini nos cernimus obstipio vultu, & sulphuris vapore infecto obambuantes, ne nunc quidem vidua, imo nec principes, quorum domus deuorat, animaduertunt.

Quam graui sit calumnia vel inde cognosco, quod in hodiernum vsque diem, huius artis nullam vnquam in societate mentionem inaudiu, nec vnquam in mentem mihi venit ea de recogitare; omnium primo in Beza legi. Quod si vllus, vel amicus, vel inimicus, etiam Apostata, qui suam causam, non nisi ordinis sui obtestatione, speciosam reddere potest, id vnquam notauit, cur nemo protulit: Hoc vigeo, ut iam tot annis, quibus cum mendacis sectariorum societas pugnat, vel semel ab vno homine factum ostendant, & calumnia Bezae absoluerit. Quod ad Capucinos, egregia Ecclesie decora attingit, non egerit illi ad deformandos vultus suos sulphure; vera ieiunia, diuturnaque, & cibarius patientis, olera; multis eorum maciem, palloremque conciliant: in ultos vero ex illis etiam in tanta victus parsimonia, & austeritate, vegetos, fortes, nitido vultu esse Deus voluit, ut ostenderet, naturam paucis contentam esse, valetudinemque, & corporum vigorem non deliciarum, sed sui muneris esse.

S. 3. Nec minorem iniuriam Paulo Quarto infert, quem ut ebriosum, & comedonem describit: Vixit ille ante Pontificatum sanctæ, & ut Paulus Apostolus, in ieiuniis multis, annos quatuor menses duos, dies viginti septem Ecclesiam gubernauit, bello, seditionibus, insidiis agitur, & quia Latium ipsaq; Roma eius tempore in magnas calamitates incidit, populo exolos fuit; quin multorum fuit in eius electione ingens tristitia, opinione seueritatis, infestus enim fuit curiæ Romanæ vitiis, reformationemque morum Cardinalis vehementer viserat, & Pontifex perfectus esset, nisi eum rebus mortalium mors eripuisset. Nec tep. chendi debet, quod factus pontifex, & tantæ provincie princeps, more aliorum principum mensam instruxerit. Illa magnificentia principum non modo illicita non est, sed etiam decora. De violentia & crapula non accusatur, nisi a Beza. In magna lautitia & ferculorum varietate temperate vixit. Videatur Onuphrius, aliiq; qui vitam eius scripserunt. Quin ipsum Bezam ætas Pontificis refutat, anno ætatis septuagesimo nono Pontificatum adit, multis laboribus, vigilis, ieiuniis confectus, tota vita per tor dignitates, legationes, negotiorumque tractationes transacta, de intemperantia nunquam notatus est. Et quomodo iam octogonarius comestationibus & ebrietatibus indulgentem describit nequissimus obtrectatorum Beza? Id præsertim cum imbecilla esset valetudine, cum magnis in curis, & sollicitudine ageret, cum Cardinales enocatos vltimum allocutus inter alia testaretur, se propeiso & iucundo animo vocationem Dei expectare. Suprema eius verba fuere: *Latatus sum in his quæ dicta sunt mihi in domum Domini ibimus*. Vnde ergo Beza tam maledici taminiis occasio? Vnde improbis opus est occasione, sed quælibet illis satis, occasione loco est improbitas, cum deest occasio. In Bellarmino Cardinale defuit occasio, non defuit Caluinianis malitia, quæ omnes occasiones anteiret. Occasionem tamen in Paulo 4. fuisse fateor, sed quæ esset improbis occasio calumniandi, prudentibus laudandi. Vixerat Paulus ante Pontificatum parce, dure, more Pauli clementer: Factus Pontifex, non licuit, non decuit eodem modo vitam agere. Multis & magnis viris opus erat, per quos negocia administraret, ad panem & aquam eos relegare non poterat.

terat, itaq; imitator Christi communi vitæ se accom-
modabat, non luxuriando, sed cibus cum gratiarum a-
ctione utendo. Hoc ad Bezam nebulo aliquis reculit,
qui cum putaret neminem, qui mensæ plenæ affide-
ret sobrius esse posse, ex suis helluationibus, conie-
cturam de Pontifice fecit.

§. 2. Ieiunia in Ecclesia visitata esse hæc ipsa do-
cent. Non enim ieiunia hic imperat, sed quali certus
ea futura esse, modum ieiunandi præscribit. Non i-
gnorant id Tossanus, cuius ista sunt: [De ieiunio
hæc pauca notanda sunt. Ieiunium Theologice non
vocari quamlibet abstinentiam à cibus, vel ieiunium,
qualis sæpe est, vel in morbis, vel tempore famis, nec
etiam abstinentiam à certis cibus, ut à carnibus &c.
Sed voluntariam abstinentiam ab omnibus cibus &
deliciis, quam vel aliquis sibi imperat, vel quæ est pu-
blica, & ab Ecclesia denunciata aliquando vsq; ad ve-
speram aliquando ad diem vnum, aut alterum, ut te-
stentur homines suam contritionem coram Deo, &
corpore macerato animus sit magis idoneus, ad in-
teritas preces & sanctos gemitus. Nec sunt abrogata
ieiunia in Nou. T. sicut Levitica Ceremonia, sed ha-
bent suum adhuc usum in Ecclesia. Matth. 9. Act. 12. 2.
Cor. 11.]

Requirunt igitur abstinentiam à cibo, vel voluntariam,
per aliquod tempus, non à certo cibo, vel denun-
tiationem ab Ecclesia, ad contritionem testandam &
preces. Errant ille in multis, & se refellit.

Si enim ieiunium est voluntaria abstinentia ab o-
mnibus cibus, & deliciis, quam vel aliquis sibi impe-
rat, vel quæ est publica, & ab Ecclesia denunciata, a-
liquando vsq; ad vesperam, aliquando ad diem
vnum vel alterum, &c. Ergo etiam est abstinentia a-
liquando à certis cibus. Equidem si quis à carnium
deliciis, aut vino abstinet, temperate vilioribus ves-
catur, ille quoque suam contritionem detestatur,
& animum macerato corpore ad Deum intentius e-
rigit. Nec paruum est discrimen inter eum qui ad
vesperam ieiunans, carnibus vescitur, & eum qui
piscibus, modo deliciæ absumunt. Daniel sane cap. 10.
à certis cibus abstinet. *Cibum verum desiderabilem* (ita
vertunt Ian. Tremell.) *non comederam, nec caro, aut vi-
num intrauerat in os meum, nec unguento me inunxeram, do-
nec complerentur trium Septimanarum dies.* Non transe-
git illas viginti & vnum dies Propheta sine omni ci-
bo, sed *cibum desiderabilem non comedit*: & singula-
tim carne, & vino abstinuit. Ieiunasse eum ad vesp-
eram more Iudæorum credo. Sed ieiunii fuit illa
magna severitas, quod vir tantus, & iam mini-
mum annorum octoginta, carnem, vinumque ab-
dicauit.

Danilem igitur imitantur, qui non modo vna in
die refectio contenti viuunt, sed etiam carne ab-
stinent, recte facturi, si & vino: modo vires id pa-
tiantur.

Deinde aberrat in eo, quod neget ieiunium esse
Dei cultum. Nam quemadmodum cerimonie in le-
ge veteri Dei cultus erat, ita & ieiunium imperatum,
ex lege Deo illa carnis mortificatio exhibebatur: ac-
tus est enim à virtute religionis imperatus, à tempe-
rantia elicitus.

Tertio; falso etiam ieiunio meritum deditur;
quemadmodum & aliis bonis operibus, si meritum
ut supra explicui accipiat. An ieiunandum sit in
novo Testamento querit Piscator; Causa est, quia
preceptum non est, & tamen exempla sanctorum id
ostendunt, ut doctorum Ecclesie Antiochenæ. Act.
13. 2. Item Pauli & Barnabæ Act. 14. 23. Paulus etiam
1. Cor. 7. 5. Approbavit ieiunium. Desinit autem iei-
nium esse liberæ observationis, ad preces utile, à pri-
uatis & præcipue ministris obseruandum. Verum

cum apud eos sæpe populo denunciatur ieiunium,
verius alii docent, non semper esse liberæ obseruatio-
nis: & suo abusu Catholica Ecclesia leges consuetu-
dinesque probant. Quomodo præceptum sit, nec ad-
ue: setur naturæ, ostendit Salmeron noster in huius
loci expositione. Legebantur hæc in Syra Ecclesia se-
cunda feria septimana secunda ieiunii.

VERSUS 19. 20.

*Nolite thesaurizare vobis thesau-
ros in terra, ubi arugo & tinea de-
molitur, & ubi fures effodiunt &
furantur. Thesaurizate autem
vobis thesauros in cælo: ubi neque
arugo neque tinea demolitur, &
ubi fures non effodiunt nec fu-
rantur.*

QUESTIO I.

Quid prohibeatur hoc loco?

§. 1. **H**umanam gloriam quidam vetari arbitran-
tur. Sed absque dubio, de veris diuitiis agit,
easque accumulare prohibet; opum enim arugo est, &
tinea. sunt vero in vestitu, & pecunia, vestis tinea, aru-
go metalla deuorat. Tinea dicitur, & Heb. *שח* Sy-
riacè, *שח* Sasa, arugo *שח* Syriacè, *שח* Nachla,
quæ latè patet, estque eroso, seu ut Cyprianus vocat,
comestura. Iacob. 5. 3. vocatur *שח*, quod venenum et-
iam dicitur. Quod vero in veste tinea, in metallis æ-
rugo, hoc est, in ligno *שח*, in cornu *שח*, in vite *שח*, in
pomis *שח*, in ficu *שח*, parua mole, & nomine; sed
nocuentis ingentia damna. Vbi igitur non modo
opum congregandarum, sed etiam conseruandarum
nimia est cura, facile Dei cultus, iustitia, ca: itaque
negligitur. Efficax sane argumentum, ut opes con-
temnamus, quas non modo flamma, ferroque pec-
tunt hostes, sed contemptissima bestiola deuorant. *Cor in ar-
Hic ergo inhære animum turpe est, hos thesauros cæ non re-
pro Deo recondi, imo in illis mentem condi nefa-
cludenti.*

§. 2. S. Augustinus passim de gratia & libero ar-
bitrio hinc probat; Esse liberum arbitrium, quia di-
citur. *Nolite*. Quod argumentum non elidunt, cum
aiunt, hic esse, *μη θροονησέτε, ne thesaurizetis*:
quidam enim libri teste nostro Maldonato habent;
μη θροονησέτε. Nolite. Deinde non præciperet Chri-
stus, nisi velle, vel non velle valentibus, hoc est,
liberis.

VERSUS 22.

*Lucerna corporis tui est oculus tuus.
Si oculus tuus fuerit simplex: to-
tum corpus tuum lucidum erit.*

QUESTIO I.

Quid oculus, & corpus lucidum?

§. 1. **P**arabola est, qua ostendit, Deo sincere, non
gloriæ aut opum causa seruendum. Sensus
vero